

## APÉNDICES

---

### Número 1

Nada más confuso y menos evidenciado que la expedición de pisanos y catalanes á Mallorca en todos los cronistas. Campmany, que conoció databa de ella el origen y la pujanza marítima de Barcelona, fué el primero que acudió al poema de Laurencio Veronés, bien que por vía de cita, con alguna equivocación y sin entrar en pormenores. Nosotros, deseosos de acertar en la aclaración de este hecho, antes que todo nos propusimos justificar la certidumbre de la invitación hecha por los italianos al conde D. Ramón Berenguer III: ninguna memoria de ella encontramos en las escrituras de aquel conde; y al fin entre las numerosísimas de D. Jaime el Conquistador dimos con la que copiamos en el número 2.<sup>º</sup> de este apéndice. Dueños ya del principal fundamento, las crónicas pisanas nos fueron aclarando los detalles; y á pesar de que el poema es de un escritor coetáneo, tampoco hubiéramos puesto en ellas entera confianza, si la descripción que hacen de las localidades no concordara perfectamente con las indicaciones contenidas en el Libro del Repartimiento hecho después de la segunda conquista, hasta el punto de alterar poquísmo los nombres árabes que citan.

*Extracto del Poema coetáneo á la primera expedición, copiado por MURATORI en la pág. 112, tomo VI de su obra RERUM ITALI. SCRIPTORES.*

LAURENTII VERONENSIS (*seu vernensis*), PETRI SECUNDI ARCHIEPISCOPI PISANI DIACHONI, RERUM IN MAJORICA PISANORUM AC DE EORUM TRIUMPHO PISIS HABITO ANNO SALUTIS MCXIV (*corrigere MCXIV et MCXV.*)

LIBRO I. Va la embajada á Roma; los Genoveses  
se excusan pidiendo plazo más largo, y los Pisano-  
nos arrestan la armada.  
Hoc variæ fiunt diverso robore naves,  
Gatti, Drumanes, Garabi, celeresque Galeæ,  
Barcæ, Currabii, Lintres, grandesque Saginæ,  
Et plures aliæ variantes nomina naves.

His portantur equi; sunt quædam victibus aptæ,  
Ingentes aliæ possunt portare catervas;  
Ligni materies non solum congrua classi;  
Hinc etenim turre, pontes, scalæque geruntur,  
Cum quibus excelsos invadant agmina muros.  
Hinc quoque quæ magnas mittent in mænia moles,

Exagitent, rumpantque domos, tormenta parantur.  
Hinc ballista minax, aries, testudo petuntur.  
  
Jamque dies aderat sancti celeberrima Sixti  
  
Quando per Alphæi fluctus populosa natabat  
Classis, et ad fauces limosi fluminis arctas  
Convenere rates.  
*Llegan a Cerdeña, donde se detienen; navegan con tiempo vario:*  
Jam geminis lapsis gemina cum nocte diebus,  
Tertia lux aderat, nox et jam cæperat esse  
Tertia Septembri vicinior illa Kalendis,  
  
Ac crescente dñe cæperunt cernere terras  
Hispanas, sed eas Baleares esse putabant,  
Blandensi donec committitur anchora ripæ.  
  
Indigenas quoscumque vident, capiuntque fugantque:  
Hi se christolicas Catalanensesque fatentur.  
Turbaros volvunt Pisani pector sensus,  
Et positis armis resident in littore tristes.  
  
Tunc ex Consulibus Rolandi filius unus  
  
Mittitur ad Comitem, cui Barchinon atque Gerunda  
Subduntur, multasque regit pro viribus urbes,  
Cui nomen Raymundus erat,  
*Embajada y propuesta de los Pisanos al Conde:*  
Et sociare sibi belli sociumque ducemque  
Agmina nostra volunt.  
*Acepta el Conde el mando de las fuerzas, y les envia su respuesta:*  
Misit et hanc chartam; chartam porrexit et addit:  
  
Præsul abest, portumque tenet, qui distat ab isto  
Per passus sex mille reor:  
Sancti Felicis portum gens illa vocabat  
In quo præsul erat  
Toda la escuadra pasa á S. Feliu de Gtixols: murmurant los Pisanos del retardo: llega el Conde á S. Feliu:  
Moxque sequente die Domini Raymundus ibidem  
Berengarius adveniens, paucique suorum  
Jungit amicitiam.  
  
Cumque moras faciunt, morbosa peste fluente  
Multi de populo fatis superantur iniquis.  
*Llegan al campo Guillermo de Montpellier, Aymerico de Narbona y Raimundo Baucio de Arles.*  
*LIBRO II. Pág. 117 y 18. Salen de S. Feliu para Salou:*  
Sic Pisana manus, rapidis aquilonibus usa [chinonæ].  
Remigequam celeri dictam properabat ad urbem/Bar-  
Solis ab occasu modicum porrectus ad æquor,  
Defessas solito qui frangit et accipit undas  
Mons Judæus (*Monjui*), ibi plana divisus ab urbe,  
Et ventis puppes calidisque tuerit ab austris.  
  
Hic ubi mutavit lites concordia pace,

Adveniunt sancti celeberrima festa Mathæi.  
*Desembarcan en Salou; algunos dan en manos de los moros: murmura el ejército de la dilación, y en particular los de Luca: celebran consejo toda aquella noche, y al amanecer muchos se marchan á Italia. La armada, parte va á invadir en Barcelona, y parte vuelve á Pisa.*  
Festa dies aderat Domini de nomine sumpta,  
Præbebatur leves flatus levissimus auras,  
Qua Latiae pupes usæ cum remige ventis  
Urbem navigio celeri tenuere Pisam.  
  
Terque decem Pisas statuuntur adire biremes,  
Per quas incpto reparentur robora bello.  
*LIBRO III. Pág. 123 y 24. Viene á Pisa y Barcelona el legado Bosón:*  
Ad Catalanenses postquam ratis utraque ripas  
Venerat, et belli narrantur utrinque paratus,  
Venturosque citò socios dixere lituræ,  
Romana missus venit Legatus ab urbe  
Boso pater, sancta reverendus religione.  
  
*Arriba á Cataluña la nueva armada pisana, y se reunen los recién llegados á los que se habían quedado en Cataluña y Provenza:*  
Cumque suo cursu Majus vel Junius essent;  
Ecce Dodo consul castris accessit et Atho,  
Quos cum tripudio cunctæ videre cohortes.  
  
Intravere rates pelagum sulcare paratae,  
Quas tunc quingentas memorantur scripta carinas.  
  
Vela dedit primus pelago, transitque Salodon. (*Salou*)  
Hinc ad Dertosæ fluvium pervenit Iberum,  
Nongentos equites undosa per æquora portans.  
Replet Iberus aquis classem,  
*LIBRO IV. Pág. 129. Asientan los reales contra Ibiza, y son rechazados en el primer asalto. Embisten otra vez la plaza con máquinas por tierra, y por mar con los GORABS, que eran embarcaciones ligeras; al fin abren brecha:*  
Sancte tuum festum, Victor, laudabilis multum  
Forte celebrabat mundus, Pianæ super astra  
Quando levata fuit martyr virgoque decora.  
Pasan siete días sitiando el segundo recinto, y lo toman al octavo. Silian y combaten el alcázar, y lo rinden:  
Tunc, pie Laurenti, mundus tua festa colebat.  
  
Transierant bis sex rapida vertigine menses,  
Et celer actus erat variis sudoribus annus;  
Tempus erat quo ferie soles, Auguste, racemos.  
*Parte la armada á Mallorca. Desembarcan cerca de la ciudad:*  
Lux rediens fuerat, qua sancti Bartholomæi  
Festa celebrabat lati devotio mundi  
*Marchan sobre la ciudad y acampan.*  
*LIBRO V. Pág. 133 y 34. Batalla general:*  
Tunc vexilla gerens Pisanae signifer urbis  
Valandus cuneos in campum dicit apertum.

Hinc Ildebrandus sanctæ vexilla Mariae  
Consul habens dextra, sævos incurrit in hostes.  
Sedis Apostolicae vexillum detulit Atho.  
Et diras petit violento milite turmas.  
Hos dum Pisani belli fervore sequuntur,  
Inter condensos rapiuntur protinus hostes,  
Inde Pirineæ gentis generosa potestas  
Clara sequebatur, cujus vexilla cohortis  
Pulverulenta petunt galeato milite rura.  
  
Hancque senex aciem sequitur Comes Ampuriensis,  
Cui satis extiterat rector Balearis amicus,  
Et subiit pugnam vallatus milite fortis.  
  
Dux Catalensis sævum Maldonea poscens:  
Primus, ait, nostris quoniam te viribus offers,  
Integer haud poteris nostros evadere visus.  
Protinus urgat equum, teneras nec flectit habenas,  
Thoracem clipeumque viri, lævamque papillam  
Telo transfodiens, per dextrum preterit armum.  
Ille supinus equo ruit, hastaque frangitur ictu  
Aurea, sed Comitis cuspis datur altera dextræ,  
Quae vibrata feros prosterneret Ismaelitas.  
*Entre los moros que permanecen se menciona á Gairún, Teridano, generosum stirpe; y á Guribón, quem Corduba missit ad arma. Segunda salida de los moros mandada por Burabé:*  
Undique discurrens rector Catalanicus, hostes  
Dissipat, et socios hortatæ divate firmans.  
Ampuriae fortes equites et Russilienses,  
Subsidiant duci, dant plurima funera mauris.  
*Acercan los reales á la ciudad: muere en un combate un caballero llamado Dalmao: empéñase otra refriega, en que los cristianos persiguen á los moros hasta tocar las puertas de la plaza:*  
Tres fuerant urbes, unum quæ nomen habebant.  
Sed diversa tamen si nomina quæruntur eam,  
Nomine diverso poteris quamcumque notare.  
Arabathalgitid murus fabricatus, ab ipsa  
Incipiens, urbis corpus circumdat, et undas  
Æquoris attingens: mare juxta volvitur illuc,  
Quo densat celsas urbs Elmodenia turres.  
Dividit has muris, circumdatuna diuibus,  
Quas circum decies cubitorum millia cingunt.  
Hoc numero demptis ter tenuis atque diuibus,  
In numero certo turres sunt forte volenti  
Quatuor et decies septem centumque notandæ.  
Hæ tres una quæunt urbs famosissima dici.  
Est communè tribus positum Majorica nomen,  
Inter quas etiam torrens placidissimus ivit,  
Et per quinque queunt torrentis viscera pontes  
Transiri, liquidas cum plus flui impetus undæ,  
Ezechinque vocant:  
  
*LIBRO VI. Pág. 141 y 142. Ponen los reales más cerca de la plaza: saquean los ganados de la isla: construyen dos castillos de madera.*  
*Ædificant geminas superantes omnia turres, Mænia de lignis vulgo castella vocantur.*  
  
Vimineæ crates ductæ de rure propinquo,  
Multaque terga boum lateralia quæque tegebant.  
  
Nutabant turres Baleæ, murique cadebant,  
Quos fodiebat ovans toto molimine fossor,  
Cui per quemque diem fulvum numisma dabatur.  
Hos aries duplex de testudinibus actus  
Et de castellis ictu graviore petebant,  
E quibus artifices mittunt super ardua pontes  
Mænia; cumque volunt, turres invadere possunt.  
Per quadragesimos passus est apertus et amplius  
Introitus fuerat, centum fecerit cohortes:  
*Asaltos infructuosos: enfermedades en el campo.*  
Agmina nam postquam latices, non vina bibebant,  
Concidenter morbis; mutatio nempe ciborum  
Laxatos ventres in multa pericula traxit.  
*Llega el invierno: hambre en la plaza: el Waltí quiere entablar negociaciones: pareceres varios en el campo. El señor de Arles destroza muchas bandas de enemigos por la isla. Muere el waltí Nazaredolo, y le sucede Burabé.*  
*LIBRO VII. Pág. 154.*  
Interea bellii Catalanicus æstuat heros  
Pro studio, magna ducem comitante caterva,  
Qua locus insidiis est valle reponitur una.  
*Salen los moros y el Conde los vence:*  
Urbanam juxta committens prælia portam,  
Quæ portum spectat, qui Pineus est vocatus.  
Utque Mohabitam viridi prostravit in herba,  
Hasta viri dextrum de muris acta lacertum  
Transiit: exultant mauri, lethale putantes  
Hoc Comiti vulnus:  
Haud secus Alphæos factos sine principe clamant,...  
Suadentes ipsi etiam si vivere curant,  
Ut properent ad eos sub deditione venire.  
*Contéstanles los cristianos con denuostos y amenazas:*  
Illæsumque, canes, Comitem scitote Pyrenum.  
  
Urbem posse capi jam desperaverat agmen.  
Per tres ergo vices committere prælia mane  
Patres atque duces communi voce jubebant.  
Nec clarum prorsus, nec erat sine turbine tempus,  
Cum pediitum cunei pugnam dubitanter adirent,  
Moliti decies aditus intrare patentes,  
Ejecti vicibus totidem murisque repulsi.  
Prætereunte die committere prælia septem  
Qui turrem Baleæ nuper captam retinebant,  
Ceperunt; aditu turris fuit insita primo, etc.  
*Entran, persiguen á los moros, y abren paso para los castillos de madera.*  
Destructis tectis via fit, castella trahuntur.  
*Baten los muros del segundo recinto; ciegan los fosos:*  
Barbara gens, grandi nimium concussa timore,  
Castræ Pyrenei Comitis tremebunda subintrat,  
Ad quodcumque velit cupiens se jungere fædus,  
Si bellatores, indemnes atque soluti,  
Incolumes etiam cum libertate sinantur, etc.

*Deliberan los cabos si se admitirá la capitulación de los moros; el cardenal y el clero opinan que no: contra Catalanicus heros Ampurieque senex contendunt atque Guilelmus, Et sancti cleri firmas convertere mentes Muneribus largis, pretribus, pretioque laborant.*

*Asalto y victoria:*

At reliquam gentem vetus Elmodenia servat. Hinc Comes accelerans alia de parte Pirænus Judeos omnes hic sub ditione receptat

*Libertan a los cautivos; atacan la Almudaina, entran por la brecha:*

Barbara gens faciendo fugam concendit in arcem. Arx invicta stetit bellis superanda cruentis, Septem protensis protraxit in aëra türres Sat plus sublimes quam celsa theatra Quiritum. Pontica vis late prærruptis subdita saxis

In tuto positæ latus unda proliuit arcis, Partibus à reliquis fossa circumdatur alta. *Prisión del jeque por Dodón: eligen los moros a Alanta, que consigue evadirse; entran los cristianos en el alcázar por dos puentes:*

Inde Pireneas regionis rector in arcem Ascendens latus superatos increpat hostes. Plures ense cadunt, multi cedidere fenestris, Hic certat jugulare mares, trahit ille puellas.

Pisanam tandem Burabe traductus in urbem Præbuit Italiæ sese spectabile monstrum.

**LAURENTI: VERONENSIS LIBER DE BELLO MAJORICANO EXPLICIT.**

Tunc fuit a Cristo tecto velamine carnis Centenus quintus decimus millesimus annus.

## Número 2

*Convenio celebrado en 1113 en San Feliu de Guíxols por el conde D. Ramón Berenguer III y los Pisanos, y ratificado y con nuevas donaciones acrecentado en 1233 por el rey D. Jaime I, EL CONQUISTADOR: AHORA POR PRIMERA VEZ DADO A LUZ. ARCHIVO DE LA CORONA DE ARAGÓN. COLECCIÓN DE ESCRITURAS ROLLADAS DEL SR. D. JAIME I, NÚMERO 496.*

Hoc est translatum a quodam alio translato de verbo ad verbum fideliter et bene sumptum, kalendis octobris, anno ab incarnatione Domini MCCLXX primo, cuius series sic habetur: Hoc est translatum ab alio translato fideliter sumpto, cuius tenor talis est et sic se habet: Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam autentico instrumento non abolito, non cancellato, neque in aliqua parte sui viciato, sed quod in sua propria figura apparebat, cuius series talis est: Manifestum sit omnibus quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonie et regni Majoricarum, comes Barchinone, Urgelli, et dominus Montispessulani, nunc apud Barchinonam conmorantes, per manum Sigerii Gaytani, nobilis viri et specialis nuncii Pisanorum, transcriptum cuiusdam instrumenti nobis extitit presentialiter presentatum, cuius tenor talis erat: In omnipotentis Dei Patris Filii et Spiritus sancti nomine breve recordacionis ad futuri temporis memoriam societatis et amicitie atque donationis, quam Raymundus Berengarius, Barchinonensis gloriissimus Comes, Pisanis fecit et cum eis firmavit. Siquidem cum Pisanorum exercitus, qui pro christianorum erepcione captivorum ad Majoricam proficiscebantur, divino ducatu in portu sancti Felicis prope Gerundam apud Barchinonam applicuisse, prenominatus Raymundus, excellensissimus Comes, cum Raymundo Barchinonensi atque Berengario Gerundensi venerabilibus episcopis, ac Nogelario ecclesiae sancti Russi religioso abbe, necnon et Bernardo Guillelmi de Sardagna strenuissimo Comite, Guillermo Arnaldo vicecomite, Guillelmo Gaufredi de Cerviano, Guillermo Raymundi, aliisque suis militibus, causa confirmande societatis et amicitie, quam ab utriusque partibus, militis (*forte multis*) transmissis legacionibus, copulare desiderasse

ad invicem promisserant, ad Pisanos, in predictum portum sancti Felicis venisset; postquam sanctissime crucis signum a Petro, reverentissimo Pisanensis ecclesie archiepiscopo, qui domini apostolici in predicto exercitu vicem gererat, ad uberiorem omnium christianorum salutem suo humero suscepserat, nec non in sancte Dei Genitricis et virginis Marie, Pisanensis ecclesie, et sanctissime Romane ecclesie, et omnium sanctorum honorem, ita de ejusdem archiepiscopi moribus, ut quocienscumque Pisani exercitum facerent super sarracenos per Hispaneam, eorum vexillifer atque guidator foret, vexillum receperat ob donum, consilio predictorum episcoporum, abbatis, aliorumque qui secum adhererant, prenominatus prudentissimus Comes Pisanis, causa corroborande societatis et amicitie, concessit ut, quocienscumque ipsi Pisani vel aliquis ex Pisano populo per terram vel per mare nobilissimi Comitis negotiatum aliquo modo deambulaverint, salvi persone cum avere in Aralatensi civitate et in burgo sancti Egidii et per totam suam virtutem et forsan, quam habet vel in anteac acquisierit, vadant atque morentur, et nullus census nullusque redditus (*quod*) vulgo usagium appellant, qui sibi pertinent, neque in Arelatensi civitate, neque in burgo sancti Egidii, neque per totam suam virtutem vel forsan, quam habet vel in anteac acquisierit, alicui Pisano queratur; et insuper ubicumque Pisani vel in Aralatensi civitate, vel in burgo sancti Egidii, et per ejus virtutem et forsan quam habet vel in anteac acquisierit in terra vel in mari applicuerit, ab omni homine eos debet defendere. Et si qua Pisanorum navis per totam ejus terram, periculis imminentibus, naufragium passa fuerit, salve debent esse persone cum avere. Igitur postquam predictum donum, consilium jam nominatum episcoporum et abbatis ac comitum aliorumque qui secum aderant, strenuissimus Comes populo Pisano concessit, Athonem filium domini Marignani, et Enthonem filium domini Emphonis, Pisanorum consules, osculo sub fidei signo dato per quoddam missale, quod vulgo Bulchonem vocamus, vice aliorum consulum totiusque Pisani populi, coram marchionibus, comitibus, principibus, Romanis, Lucensibus, Florentinis, Senensibus, Vulterrani, Pistoriensibus, Longobardis, Sardis, et Corsis, aliquae innumerabilibus gentibus qui in predicto exercitu aderant, investit. Ut autem omnia que superius dicta sunt confirmarentur et perpetuo munimine habeantur, jam nominatus prudentissimus Comes coram predictis hominibus Bernadonem, Pisanorum consulem cancellarium, in scriptis redigere et omnia confirmare precepit. Acta anno dominice incarnationis millesimo CXIII, sub Petro Pisano venerabili ecclesie archiepiscopo, atque Gerardo Petro, Gerardo, vicecomitibus, Athon, Ericho, Yddeo Dodone, Lamberto, Erichon, Loytiera, Ruberto, Rodulfo, consulibus, prope ecclesiam sancti Felicis de Gerunda, Septimo idus septembbris. Indicione sexta. Nos igitur Rex prefatus, strenuissimi Comitis predecessoris nostri piam intentionem in Domino commendantes, omnia et singula supradicta ex certa scientia nostra liberaliter confirmamus, ea omnia per nos et successores nostros promittimus tenere firmiter et servare. Insuper propter reverenciam Pisanorum et amorem ac benevolenciam quam gerimus circa ipsos, cum presenti instrumento nostro perpetuo valituro donamus, laudamus, atque concedimus populo Pisano et suis successoribus universis in Majorica venientibus, moribus et redeuntibus infra civitatem Majorice, quam divina operante gratia acquisivimus, alfondacum si factum fuerit, aut plateam vel locum sufficien tem et competentem, in quo possint facere et construere alfondacum ad reci-

piendum se cum ibi venerint cum suis possessionibus et mercibus, et furnum similiter in eodem loco ad coquendum panes; et habeant illam ecclesiam que magis vel contigua fuerit illi alfundico, et tantam terram sive honorem de cuius redditibus possint vivere iiiii clerici, qui ad servicium ipsius ecclesie faciendum fuerint pro tempore deputati, recipientes preterea ipsos Pisanos et res eorum omnes in nostra fide et legalitate atque guidatico speciali. Datum apud Barchinonam, VI idus Augusti, Anno Domini millesimo CC XXX tercio. —Signum Jacobi, Dei gratia Regis Aragonum et regni Maioricarum, Comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulan. —Hujus rei sunt testes Petrus Hugonis, comes Impuriarum, Gaufredus de Rocabruna, Bernardus de Cintillis, Garcias de Orta, Berengarius Terracone electus, Tricanbellus vicecomes Biterrensis, Ottonus de Sancto Beato, Bernardus de Pulcro Loco, Suerus Melendi, frater Hugo de Folio alquerii magister Hospitalis, Petrus Cornelli, Assalitus vicarius Catalónie, Gaucerandus de Cartelano, Amelus Fredoli, Nuno Sancii comes, Guillelmus de Sancto Vincencio, Bernardus de Sancta Eugenia, Bernardus de Burgo, Bertrandus Didaci maiordomus curie. —Signum Petri Johannis scriptoris, qui mandato domini Regis et Guillelmi de Sala notarii sui hec scripsit loco, die et anno prefixis. Signum Petroli de Villacrassa, notarii publici Maioricarum, testis. Signum Guillelmi Ferrarii, notarii publici Maiorice, testis. Signum Petri Romei, notarii publici Maiorice, testis. Signum Felicis, notarii publici Maiorice, qui hoc translatum à dicto autentico instrumento fideliter translavit III kalendas decembbris anno Domini M CC XL quarto. Signum Petri Mercerii, notarii publici Maiorice, testis. —Bernardus Surigarius, notarius publicus Maiorice, qui hoc fecit scribere translatum VIII idus Madii, Anno Domini M CC L quarto. —Signum Petri de Tamarito, notarii publici Dertuse, qui me pro teste subscribo, et dictum sumptum cum originali predicto comprobavi. Signum Petri Oliverii, notarii publici Dertuse, qui me pro teste subscribo. —Signum Sebastiani de Manso, notarii publici Dertuse, qui hoc translatum scripsit die et anno prenotatis.

(La traducción de este documento va resumida en la página 32 del texto.)

### Número 3

*Extracto de la crónica titulada: GESTA TRIUMPHALIA PER PISANOS FACTA DE CAPTIONE HIERUSALEM ET CIVITATIS MAIORICARUM, ET ALIARUM CIVITATUM. MURATORI, Rerum Italicarum scriptores, tomo sexto, CHRONICA VARIA PISANA, página 100.*

(Corresponde á la página del texto 32—40).

Página 101. Preterea, anno millesimo centesimo decimo quarto, presidente D. P. Paschale II, divinus ignis Pisanorum civium animos et aliorum Tusciæ urbium populos contra Maioricam accedit: ipsius enim insulæ Rex, imo tyrannus crudelis et pessimus, licet eunuchus, nomine Nazaredech, innumera Christiarum multitudinem in vinculis et carceribus captivam longo tempore cruciaverat. Quapropter Pisanus exercitus in trecentis navibus, ad christianos liberandos, in die S. Sixti de Arni fauibus exivit, et cum in Sardi-

niam devenisset, totus exercitus ad portum Capalbi applicuit... Sed illis tandem in pelagum aberrantibus et rectum iter ignorantibus, dimissa Maiorica, divisi et dispersi in partes Barchinonæ tandem ad portum S. Felicis de Gerunda convenerunt. In hujus igitur exercitus adventu tota provincia maximo extollitur gaudio, et exclamat se cum Pisanis velle fieri participem Maiorice triumphi. Quare Pisano exercitu Raymundus Barchinonæ palatinus comes, et ejusdem civitatis pontifex, et comes Ampuriæ, et Aymericus Narbonensis, et Guillelmus Pesulani Montis, Raymundus quoque de Balsio, cum maxima suorum equitum et peditum multitudine unanimiter et festinanter se sociarunt... Van hasta Salou; no se realiza la jornada; inviernan en Barcelona y en Pisa. Inde igitur aliis Pisanis inibi hyemantibus atque rates ruptas reficientibus, de virtute divina factum est ut et qui Pisam redierant et qui Barchinonæ remanserant in natalitio die Sancti Johannis Baptiste ad portum Salo convenienter, et iidem contra Maioricam iter optatum cum Petro Pisanorum archiepiscopo, atque cum Bosone cardinali Romanae sedis legato et predictis principibus, aura prospera flante, aggredierentur. Llegan á Ibiza. Quæ tamen per mensem obsessa, faciente Dei omnipotentis potentia, cum immani Sarracenorum interfectione capta est illa in S. Laurentii festo urbs crudelis et fortissima... In festo Sancti Bartholomæi apostoli ad insulam Maioricam... applicuerunt... Compositis autem ab ingeniosis Pisanorum artificibus manganis, gattis, atque ligneis castellis, urbem fortiter expugnabant... Alii namque Christianorum, hyeme inminente, domos ligneas ædificare, alii castella lignea duo alia perficere, atque duo priora reficere indesinenter laborabant, atque alii Christianorum insulam terra marique circuire et bonis omnibus expoliare, totumque exercitum victualibus sustentare accuratissime insistebant... Unde Pisani cives, totus Christianus exercitus... sua castella muro novæ urbis, quem ruperant, propinquora faciunt, atque octavo idus Februarii novam urbem preliando capiunt, facta multa Sarracenorum strage. Præsumentes igitur de Domini virtutē, sua castella, domos frangendo, per urbem captam magnificæ urbi veteri, quæ turribus et muris et fossis erat circumdata, propinqua reddiderunt, et mangannis similiter ad urbem factis vicinis, cum machinis et totis viribus urbem expugnare et muros frangere fortiter cœperunt.. Tandem autem factum est, ut conventus et pacti consilia comitis Barchinonensis et Sarracenorum regis, de Domini inspiratione et Pisanorum archiepiscopi et Romani legati ecclesiæque Pisanæ canonicorum probitate atque prudentia, dissiparentur et penitus fierent irrita. Cum enim archiepiscopus et Romanus legatus cum clero et Barchinonensi comite aliquis principibus ad prædicta consilia audienda convenissent, Petrus Albithonis, nobilis Pisanus, miles armatus celer advenit, et Pisanos urbem expugnare acclamans conventum diremit, cleroque atque aliis qui convererant ad bellum festinantibus, prædictus comes tristis remansit, et quia suo consilio creditum non fuerat, se præliaturum negavit, suosque pugnare prohibuit. Sed divina potentia... urbem magnificam in solemnitate Cathedræ Apostolorum Principis per manus Pisanorum civium capi concessit... Ad carcerem pervenient captivorum, et inde eos extrahentes, maximis cum fletibus disolvunt vincula et catenas eorum... Ad tertiam civitatem... veniunt, et eam murum rumpendo et portas ferreas frangendo capiunt, quarto nonas Martii, capta ibi regis Mortadæ sorore cum filiis et filiabus et nepotibus... Sed quoniam ipsa in captivos, eis testantibus, omnemque Christianum illuc pervenientem mise-

ricordiosissima fuerat, cum sua progenie est redditia libertati... Quarta vero civitacula, quæ circa regiam Sudam, quæ Cassarum dicitur, erat constructa, per manus Pisanorum capta est sexto idus Martii... (*Prisión de Burabé*)... juxta quod (*cassarum*) erant barbachanæ magnæ latitudinis et profundæ altitudinis, quas lignis impleverunt et castella superduxerunt... et de suis castellis pontem super Cassarum possuerunt .. per pontem Pisani transeunt in Cassarum... Ipsius autem Cassari captio... peracta est tertio nonas Aprilis... Habitus est autem Majoricæ triumphus et christiani exercitus gloriosus regressus anno Dominice Incarnationis millesimo centessimo decimo sexto, præsidente in urbe Romæ beatae memorie P. P. Paschale II, etc.

#### Número 4

*Convenio celebrado en Setiembre de 1120 por el conde D. Ramón Berenguer III el Grande y el alcaide moro de Lérida: AHORA POR PRIMERA VEZ PUBLICADO. ARCHIVO DE LA CORONA DE ARAGÓN, COLECCIÓN DE ESCRITURAS ROLLADAS DE AQUEL CONDE, NÚM. 229.*

(*La traducción de este documento va resumida en la página 44 del texto.*)

Hec est convenientia, que est facta inter alchaid Avifilel et dominum Raimundum Barchinonensem comitem et marchionem: Quod de ista hora in antea sint amici inter se et fideles, sine ullo malo ingenio et enganno, sicut bonus senior debet esse fidelis amicus suo fideli homini et amico, et sicut fidelis homo debet esse fidelis et verus amicus suo meliori seniori absque ullo enganno. Propter hoc convenit predictus comes jam dicto alchaid ut habeat illi viginti galeas et de gorabs tantos ut possit alchaid mittere ducentos cavallos inter christianos et sarracenos, et passet illinc ad Maioricas. Propterea convenit prefatus alchaid de Lerida prenarrato comiti ut mittat illi harrahenas (*rehenes*) filios suos et tantos de suis hominibus unde comes bene sit fidus; quod ipse alchaid donet comiti Chalannera, et Cegdi, et Escarps, et Soros, et Calaterra, et Aitona, et Lebrid, et Castel-de-ases, et Alcholea, et donet illi Albesa, et Efesta, et Monte-acuto; et alchaid teneat Soses per suum alodium, et suos molinos in Lerida, et suos alodios; Quod si alchaid vult honorem habere in Barchinonam et in Gerundam, donet illi comes ad laudamentum de suis amicis; et alchaid sit illi valedors et ajudadors de Lerida; et hoc totum sicut superius scriptum est, prefatus alchaid attendat totum jam dicto comiti per fidem, sine enganno; et jurat illi alchaid per Deum et per suam legem quod ita illi faciat et ex toto attendat sine malo ingenio et sine ullo enganno, sicut superius scriptum est; et de Tortosa et de alia Hispania sit illi ajudadors sine malo enganno; et quod alchaid voluerit habere de his, habeat per manum comitis; et si tenet alchaid castellum et civitatem, donet inde potestatem ad comitem sine enganno. De Palies que exierint de les terres, habeat inde comes medietatem, et alchaid aliam medietatem de hoc quod alchaid tenuerit per comitem; hoc etiam totum quod alchaid tenuerit per comitem, habeant et teant filii sui et omnis illius natura per comitem et per suam naturam. Quando

autem alchaid liberaverit predictos castros jam dicto comiti, ipse comes habeat naves ubi alchaid possit suos homines mittere et passare ad Maioricas, et hoc totum, si Deus concederit, sit factum usque ad exitum mensis augusti veniente primo.—Actum est hoc XVIII kalendas octobris, anno XIII Regni Leovici Regis.—Signum Raimundi Comes. (*Sigue la firma del alcaide en árabe, bastante larga.*) Factum est autem hoc in presentia Guillermi Dalmatii, et Arnaldi Berengarrii, et Martini Umberti, et Berengarrii Bernardi Dapiferi.—Signum Salomonis capellanus et judex, qui hoc scripsit prefato die et anno.

#### Número 5

*Donación de Tortosa, Peñíscola y de las Baleares, hecha por el conde D. Ramón Berenguer IV el Santo á Guillermo Ramón Dapifer ó Moncada, á primeros de Agosto de 1146. ARCHIVO DE LA CORONA DE ARAGÓN, ESCRITURAS DEL TIEMPO DE AQUEL CONDE, NÚM. 189.*

(*La traducción de este documento va resumida en la página 48 del texto.*)

Omnibus sit notum quam ego Raimundus, comes Barchinonensis atque Aragonensium princeps, dono tibi fideli meo Guillermo Raimundi dapifero urbem Tortosam, ut tu teneas ipsam Ciudad et habeas senioratum de ipsa civitate et de ipsa villa et de terminis ejus, et habeas terciam partem in dominio de omnibus eximentis ejusdem civitatis ac ville omniumque terrarum sibi pertinentium. Dono etiam tibi castro de Peñíscola cum omnibus suis terminis et pertinenciis. Dono etiam tibi civitatem nomine Maioricam et omnes terras sibi pertinentes, cum senioratico et cum tercia parte omnium que inde exierint in dominio tam de mari quam de terra. Et dono etiam tibi Minoricam et Evizam similiter cum terris et pertinenciis earum. Tali modo ut habeas hec omnia per me, ad servicium et fidelitatem meam et successorum meorum per omnia tempora, tu et omnis generacio tua. Si quis vero presentem donationem disrumpere temptaverit, nichil proficiat, sed in duplo componat, et postmodum hec donatione firma permaneat omni tempore. Quod est actum III iο (tercio) nonas augusti, anno X Regni Leovici regis junioris.—Signum Raimundi comitis. Signum Petri Bertrandi de Bello Loco. Signum Bernardi de Bello Loco. Signum Guillermi de Castel Vel. Signum Otonis. Signum Raimundi de Podio-alto.—Signum Poncii scribe, qui hoc scripsit die annoque prescripto, suppositis litteris (*lo de leovici que va añadido*) in linea VIII.» *Este documento está duplicado; pero el original va cosido á un gran pergamino, que lo reproduce y contiene un extracto de los cargos que mutuamente se hicieron después el Conde y el Moncada sobre el cumplimiento de lo estipulado en la donación.*

## Número 6

*Convenio celebrado entre el conde D. Ramón Berenguer IV el Santo y los Genoveses, para después de la expedición de Almería pasar á Tortosa y á las Baleares.—ARCHIVO DE LA CORONA DE ARAGÓN, COLECCIÓN DE ESCRITURAS SIN FECHA DE AQUEL CONDE, NÚM. 6.*

(La traducción de este documento está resumida en la página 49 del texto.)

Ad honorem Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Raimundus Berengarius, gratia Dei Barchinonensis comes ac princeps regni Aragonensis, tale pactum et convencionem vobiscum, Januenses, facio: Quod in primo discessu vestro ab expedicione imperatoris, antequam Januam redeatis, ero cum exercitu meo pro posse, bona fide, sine fraude, primo in Tortosa, deinde ad insulas Baleares, scilicet Maioricam, Minoricam, Evizam, Fromentaram, et ad alia maritima deinde, sicut ego concordavero ex hoc cum imperatore, et sicut concordavero cum consulibus communis Janue qui in illo exercito fuerint. Et in exercitu morabor cum Januensibus qui in exercitu fuerint et moram ibi fecerint, nisi justo Dei impedimento remanserit, aut consilio eorum et nostro. Et servabo vos et res vestras bona fide secundum meum posse, et habeatis libere et sine omni gravamine terciam partem civitatum atque locorum cum eorum pertinenciis quas vel que nos simul ceperimus, aut mihi vel vobis sese reddiderint (*que se rindieren á mí ó á vosotros*), duabus partibus mihi retentis. Et non ero in consilio neque in facto ego vel heres meus ut comune Janue suam terciam partem amittat; insuper faciam jurare eos homines quibus partem meam committam, et similiter heredes mei faciant, ut non sint in consilio neque in facto ut terciam partem amittam aliquo tempore: et si quis voluerit eam vobis auferre, quod adjuvent eam vobis defendere et retinere side fraude et malo ingenio. Eandem vero partem, quam civitas vestra habet in temporalibus, ecclesia vestra habeat in spiritualibus. Et in omnibus illis civitatibus quas ego acquisiero, in quibus terciam partem non debetis habere, habeatis unam ecclesiam cum tanto honore et domibus unde quinque clerici possint honorifice vivere, et habeatis unum fornū, et unum balneum, et unam alfundecham de melioribus, et gardinum bonum; et in omni terra mea, quam habeo vel deinceps acquisiero, salvi et securi eritis vos et homines vestri districti cum rebus vestris. Nullus enim portaticum neque pedaticum neque ribaticum dabitis in tota terra mea vel mari, á Rodano usque in Occidentem. Et illud portaticum et pedaticum sive ribaticum non dabitis in terra mea vel mari ab illo die inantea quo vos eritis mecum pariter in obsidione alicujus civitatis, aut illam pariter capiamus, vel reddatur mihi et vobis, aut singillatim vobis, aut singillatim michi, aut si iste galee qui modo sunt in Ispania Tortosam prendierint. Et quandiu in exercitu insimul erimus, non faciam pactum neque convenienciam aliquam de reddenda... aliqua civitate vel loco... de recipienda pecunia, neque de aliqua diminucione Januensis exercitus, sine consilio Januensium consulum qui in exercitu fuerint. Hoc pactum jurabit heres meus, cui terra

mea per me remanebit, quando consules communis Janue voluerint. Preterea Januenses illi, qui tenebunt partem illam, recognoscent dominium comitis et suorum heredum, sic tamen ut partem illam libere et sine gravamine aliquo possideant. Ita ut Januenses illi jurent meis heredibus duas partes, et mei heredes illis terciam partem salvare et fideliter defendere bona fide. Hec omnia observabo bona fide, sine omni fraude, ni justo Dei impedimento remanserit, aut per parabolam consulatus communis Janue qui in exercitu fuerint. Et si michi forte, quod absit, aliquod impedimentum evenerit ut ego venire non possem, predictum pactum et convencionem principes et comites et milites mei cum aliis meis hominibus compleant. Et ille navalis exercitus Januensium, per quem in expedicione movebuntur, sit securus et salvus cum omnibus sibi pertinentibus in eundo et redeundo per totum meum honorem maris et terre ubi potentiam habeam; et vendant et emant secure quocumque voluerint; et quod ego aut ulla mea persona non offendam illis in aliquo, sed illos et sua bona fide salvabo, et secundum posse meum defendam. In tota vero conveniencia subscripta possit addi vel minui secundum quod michi et consulibus communis Janue placuerit, vel heredi meo per nos metipso vel per heredes nostros.—*El número 10 de la misma colección contiene igual promesa hecha por los genoveses al conde, la cual sólo varía de la anterior en la cláusula siguiente: Et habebimus in exercitu machinas et cetera que in nostro arbitrio, scilicet consulatus communis Janue qui tunc fuerint, in his que tunc fuerint necesaria.*

## Número 7

*Carta de los cónsules de Pisa al conde D. Ramón Berenguer IV. ARCHIVO DE LA CORONA DE ARAGÓN, ESCRITURAS DE ESTE CONDE SIN FECHA, NÚM. 22.*

(La traducción de este documento ya resumida en la página 50 del texto.)

Raimundo, Dei gratia prudentissimo et honorabili comiti Barcinone, principi et marchioni Aragonie, consules Pise cum dilectione salutem. Scripsimus vobis jam multociens qualiter in amicitia fuimus cum patre vestro bone memoria, et quam nobis karissimam fuit dum ipse vixerit, quomodo vel qualiter vestram volumus et desideramus honorifice retinere. In quibus sciatis nos equaliter firmiter existere nec unquam cessare ac discedere velle. Ideo rogamus vos obnixe ut quidquid honoris pater vester inclitus egregie memorie civitati nostre juvit acquirere, ita juvetis nos id ipsum retinere, quod inde non possimus pati aliquam capitum diminucionem. Patet evidenter vestre quidem sagacie Valentiam á vestro patre retentam fuisse, nunc autem á Sarracenis possessam, quam si quis extraneus vellet opprimere, vestra ut credimus non pateretur nobilitas. Item, ut noscitis, vestro cum patre nos Maioricam cepimus, que licet á Sarracenis incolitur, sub vestri tamen nostrique tutela remansit, que siquam sub nostro solacio pateretur injuriam, non illorum quidem sed nostrorum esset infamia. Unde si Januenses, uti didicimus, prefate civitati vel Evise atque Maiorice quicquam injurie inferre temptaverint, ut vestra nobilitas in hoc sibi